



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quomodo septem Sacramenta sunt remedia contra septem vulnera  
hominis. tit. 62

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Baptismus & Eucharistia, 1. Cor. 10. & 11. Qui igitur nunc ad discordiam mouendam vtitur Sacramen-  
to, ille nedum sine fructu accipit Sacramentum, sed  
etiam damnabiliter peccat, & ideo extra vnitatem vel  
intra vnitatem nullum Sacramentum accipitur vti-  
liter, & sic faciunt sectistæ &c.

*QUOMODO SEPTEM SACRA*

*menta sunt remedia contra septem vul-*  
*nera hominis.*

TITVLVS LXII.

**P**RIMO, Apostolus dicit 1. Cor. 15. sicut  
in Adam omnes moriuntur &c. Vultus  
rauit Adam & occidit, Christus iterum  
sanat & viuificat. Nam ipse est Samaritanus,  
tanus, qui nobis vulneratis & vix se-  
miuiuis infundit vinum & oleum, Lucæ 10. Et me-  
tuus est pro peccatis nostris, vt nos viuereamus scilicet  
per apud Deum, Ioan. 6.

Secundò, Septem ergo vulnera accepimus ab A-  
dam, quæ Christus sanat. Primum est peccatum origi-  
ginale, in quo omnes nascimur & concipimur, Psal-  
50. Romanorum 5. Contra hoc instituit Sacramen-  
tum Baptismi, quo credenti tolluntur omnia pecca-  
ta originalia & actualia in adultis, Act. 2. Secundum  
vulnus, quod post Baptismum acquiritur, sunt pecca-  
ta actualia & opera carnis, Gal 5. Cõtra hoc instituitur  
remedium Sacramentum pœnitentiæ, Mar. 1. & Ioan.  
20. Tertium est instabilitas, seu inconstancia animi,  
sicut Adam citò cecidit à Dei obedientia, Genes. 3. Et  
ideo Sacramentum confirmationis ordinatum est, quo  
etiã vsi sunt Apostoli, Act. 8. Quartum vulnus, igne-  
rantia: nisi doceatur semper homo & admonetur  
obliuiscitur fidei & obedientiæ præceptorum Dei, ap-  
ostatatur: ideo est Sacramentum ordinis & ministri-



rium verbi, 1. Cor. 4. Quintum vulnus est obliuiofi-  
 ras: ideò Eucharistia instituta est ad memoriam redē-  
 prionis nostræ, Luc. 22. & gratiarum actionis. Sextū  
 vulnus, carnalis concupiscentia & luxuria, Galat. 5.  
 Ideò est Sacramētum remedium matrimonij, 1. Cor.  
 7. Septimum vulnus, mors est. Hebr. 8. Statutum est  
 homini, semel mori Genes. 2. Morte morieris. Igitur  
 ad consolationem morientis inter tantas angustias  
 & dolores, est Sacramentum vnctiōis extremæ, Ia-  
 cob. quinto. sic Sacramenta sunt remedia contra  
 vulnera nostra.

Secundò, inter hæc Sacramenta quedam nobis ex-  
 hibent gratiam, id est, remissionem peccatorum, id  
 est, Baptismus: quedam retinent remissionem pecca-  
 torum & gratiam, ne iterum amittatur, vt confirma-  
 tio, ordo, Eucharistia, matrimonium: quedam amif-  
 sam gratiam reparant, vt pœnitentiã & vnctio. Que-  
 dam etiam sunt Sacramenta, quæ possunt sæpè itera-  
 ri, vt pœnitentiã, Eucharistia, matrimonium, vnctio:  
 quedam sunt initerabilia, vt Baptismus, confirmatio  
 & ordo. Sed cur hæc sunt initerabilia? Respon. Eccle-  
 sia sic ordinauit propter hæreticos, qui sæpè rebapti-  
 zant. Secundò, sectarijs suis & hæreticis doctrinis  
 sæpè seducunt simplices, & in fide sua erronea confir-  
 mant. Tertio, quia variant suos sacerdotes, vt qui ho-  
 diè sacerdos, cras laicus, ædituus: hodiè sacerdes,  
 cras scultetus, &c. Ideò Ecclesia Catholica propter  
 stabilitatem fidei & doctrinæ non iterat hæc tria Sa-  
 cramenta, propter impressionem characterum in ani-  
 ma, ne inhonoremus nomen Christi, &c.

Tertio, quoniam vna & generalis est promissio, q̄  
 Deus vult nostrū misereri propter Christum, Ioan. 3.  
 & hæc distribuitur in Sacramentis: ideò nō est opus,  
 vt quodlibet Sacramentum habeat specialem promif-  
 sionem: quatenus ergo vtimur illis Sacramentis si-  
 ne obice, certi sumus de acceptione gratiæ.

N n 4

Quod



196 SVMMA DOCTR. CHRIST.  
QUOD FIDES PER MEDIA  
apprehendit gratiam, & beneficia Christi,  
& non sola, id est, sine  
medijs.

TITVLVS LXIII.

**R**imò multi errant, dicentes: qui credit, quòd Deus cū redemit, ille saluabitur, nihil est cum operibus, semel redemptus sum, &c. At si sola fides & Dei misericordia saluat, ad quid sunt instituta Sacramenta, Baptismus, Eucharistia, pœnitentia &c. Nam Ioan. 3. dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non introibit in regnum Dei, Et Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et Marc. 1. Pœnitēmini, & credite Euangelio. Cur adiungit fidei pœnitentiam? cur iubet manducare Eucharistiam? alioqui vita carebit. Ioā. 6. facta est ritas 1. Corinth. 13. Item cur exigit à fidelibus Paulus obedientiam legis, Rom. 3. Legem statuiimus per fidem, & Christus Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, &c. Item, cur laudes, cultum, gratiarum actionem, orationem dominicam, cur docuit ieiunium, eleemosynam, Matt. 6. si sola fides sufficit, scilicet quia Christus me redemit, omnia ista frustra sunt? Respondetur primò hoc notandum est, quòd omnia Sacramenta, opera Decalogi, cultus, cæremoniæ, nō sunt ipsa gratia, neq; Christus in persona, neque fides meta Christi: idèd neque Sacramenta, opera Decalogi, cæremoniæ, fides me saluant, sed Christus & ipsa gratia, & beneficium Christi. Idèd 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris &c.

Secundò, Sacramenta, opera Decalogi & cultus media sunt, per quæ fides apprehendit & haurit gratiam Christi.